



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variorum In Europa Itinerum Deliciæ

Chyträus, Nathan

[Herborn], 1599


VD16 C 2803

Cellae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](#)

CELLENSIA.

Excoluit mentem & vocem; Schoumburgius heros,
 Cujus consiliis operaq; est usus alacri;
 Crucis hic recubat, qui dum servire paratus
 Omnibus est; sebimet non sat bene servit ipsi.
 Tabe etenim illius siccata hac sub mole quiescunt
 Ossa, sed aeterna fruitur mens viva quiete,
 Viventem & multis, ne sit sibi mortifer uni,
 Admonet, accusans passim diversa sequentes.



CELLAE.

EPITAPHIUM ERNESTI DU
CIS BRUNS. ET LUNEB. QUI
obiit anno 1546. 2. Jan. æt. 49.

Exigua Ernestus Dux hic requiescit in urna,
 Lunenburgensis fama decusq; soli.
 Aurea quo patria Duce pax est reddit a nostra:
 Et cœpit Christi notior esse fides.

SOPHIÆ ERNESTI CONJUGIS, QUÆ
 obiit anno 1541. 18. Junii.

Hac tumba Sophia requiescit nobile corpus,
 Quæ chara Ernesti Principis uxor erat.
 Sponsaq; jam Christi celesti gaudet in aula,
 Spernens præveris ista caduca bonis.

FRIDERICI OTTHONIS DOMINI
 Brunf. & Lüneb. qui obiit anno 1553.
 20. Julii, ætatis 21.

Hic etiam frater posuit juvenilia membra
 Fridericus pacis nobile nomen habens.
 Qui tua dum sequitur Mauricii castra, decorum
 Accipiens vulnus, fortiter occubuit.

FRAN.

FRANCISCI OTTHONIS DUCIS BRUN*s*.
& Lüneb. qui obiit anno 1559. 28. April.

*Hic etiam illustris Frantz-ottho conditur urna,
At mens calesti vivit in arce Dei.
Chara quid extinctum conjunx, quid patria luges?
Non moritur, vita qui benefactus obit.*

MEMORIÆ

Catharinæ Tileniæ Cellensis, Melchioris Danquardi Secretarii Megapolitani uxoris pudiciss. septimum prægnantis, sed inter Henricopol. & Brunsvigam ebrii aurigæ incuria cum viro & duobus filiolis bis vehiculo excussæ, & ita consternatae & læsæ, ut paulo post huc delata, abortum fecerit: & undecimo post die, ipsa quoq; pié obdormierit: & hoc ipso in templo, quod ante an. xvi. sponsa adierat, in spem lætissimæ resurrectionis, sepulta sit. Anno cœ. Ic. xxci. Decemb. xii.

Maritus conjugi dulciss. & opt. de se
meritæ pietatis ergo cum luctu &
lachrymis P.



MISNICA.

FRIBERGÆ IN MISNIA.

MAURITII DUCIS SAXONIAE TU-
MULUS MARMOREUS, TABELLIS
DISTINCTIS.

I. TABELLA.

Mauritius Dux Saxoniæ, Henrici filius, Alberti Nepos,
Ernesti pronepos, in hac urbe nascitur, xii. CAL. A.
prilis, matre Catharina Mechelburgia, ducis Magni filia.
M. D. XXI.

II.

Avis Mauritii Dux Albertus, Friderici III. & Maximi-
Z iii